

1349, juny, 15.

*Jaume Boscà, mercader de Barcelona, ven a Francesca ça Portella, abadessa de Pedralbes, un violari de 100 sous de renda anual a pagar durant la vida de Caterina, filla del difunt Joan Salat. El preu és de 35 lliures que ha pagat Pere Ferrer, tutor de Bernardó, fill i hereu de Joan Salat, de béns del seu pupil amb indicació que la renda s'havia d'utilitzar per cobrir les necessitats de la dita Caterina.*

(AMP, 1er Manual de Romeu de Sarrià (1348-1357). fols. 17r-18r)

In nomine Domini. Noverint universi quod ego, Iacobus<sup>20</sup> Boschani, mercator, civis Barchinone, gratis et ex certa sciencia, per me et omnes heredes et successores meos quoscumque, vendo et ex causa vendicionis concedo vobis, venerabili et religiose domine sorori Ffrancische de Portella, Dei gracia abbatisse monasterii Sancte Marie de Petralba, ordinis Sancte Clare, Barchinone diocesis, et succedentibus vobis in dicto monasterio, violarium centum solidorum, monete Barchinone de terno, sive ipsos centum solidos habendos et recipiendos per vos et succedentes vobis in dicto monasterio in et super omnibus bonis meis et per me et meos dandos et solvendos vobis et succedentibus vobis in monasterio supradicto. Et convenio et promito vobis quod predictos centum solidos dabo et solvam vobis et succedentibus vobis in dicto monasterio intus dictum monasterium, meis propriis sumptibus et expensis, a primo venturo festo Sancti Iohannis presentis mensis iunii ad unum annum ex nunc primo venturum, et deinde quolibet anno in eodem festo, toto scilicet tempore vite naturalis Catharine, filie Iohannis Salati, quondam, notarii Barchinone, quam de presenti recipitis in sororem dicti monasterii. Item dabo et solvam vobis, vel succedentibus vobis in dicto monasterio, totum id quod vobis debetur de dicto violario de anno quo dictum violarium extingetur per mortem naturalem dicte Catharine, pro rata videlicet temporis tunc preteriti de ipso anno. Et quod hec faciam sine omni dilacione, excusacione et excepcione et absque

---

<sup>20</sup> *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma, i iuravit per indicar el jurament*

omni dampno et missione vestri et succedentium vobis in monasterio prelibato. Et quod restituum et solvam vobis et ipsis succe-<sup>17v</sup> dentibus vobis in dicto monasterio siquas missiones, dampna et interesse oportuerit vos vel succedentes vobis predictas facere vel modo aliquo sustinere pro dicto violario potendo et habendo quolibet anno ultra suum terminum supradictum. Et credatur vobis et ipsis succedentibus vobis in dicto monasterio, plano et simplici verbo, nullo alio probacionum genere requisito. Precium vero predictorum que vobis vendo est triginta quinque libras dicte monete, quas Petrus Fferrarii, civis Maioricarum, tutor Bernardoni, pupilli, filii et heredis dicti<sup>21</sup> Iohanis Salati, quondam, notarii Barchinone, michi dedit et solvit de bonis dicti pupilli ut venderem vobis dictum violarium centum solidorum pro necessariis dicte Catharine, filie dicti Iohanis Salati. Super quibus renuncio et cetera. Et legi et cetera. Dando et remitendo vobis et succedentibus vobis in dicto monasterio siquid hec que vobis vendo, plus valent vel possunt valere pretio supradicto. Insuper, convenio et promito vobis quod predicta que vobis vendo<sup>22</sup> faciam vos et succedentes vobis in dicto monasterio, habere et percipere in pace contra omnes personas, et quod tenebor vobis<sup>23</sup> de eviccionem eorum toto tempore vite naturalis dicte Catharine, filie dicti Iohanis Salati. Et, pro predictis omnibus et singulis complendis et firmiter attendendis, obligo vobis et succedentibus vobis in dicto monasterio, omnia bona mea, mobilia et immobilia, habita et habenda, privilegiata et non privilegiata, de iure, usu vel consuetudine aut alias. Renuncians<sup>24</sup> quantum ad hec ex certa sciencia omni privilegio elongacionis, provisionis, supersessionis et genere obtentis et obtinendis ab illustrissimo domino rege et a domina regina eorumque liberis procuratoribus et a quacumque alia persona que de hiis potestatem habeat vel

---

<sup>21</sup> dicti *interlineat*

<sup>22</sup> *segueix paraula il.legible cancel.lada*

<sup>23</sup> *segueix et vestris cancel.lat*

<sup>24</sup> *s interlineada sobre tes cancel.lat*

habebit. Promitens<sup>25</sup> vobis dictis privilegiis non uti contra vos vel dictum monasterium in aliquo in predictis. Et<sup>26</sup> est sciendum quod predictum violarium et soluciones eiusdem scribo vobis sub pena tercii in libro curie baiuli Barchinone cum submissione fori nostri. Cui scripture tercii propter instrumentum presens nec huic instrumento propter scripturam ipsam volo quod fiat vobis preiudicium aliquid derogacio, mutacio vel innovacio aliquo modo. Immo, volo quod hec accesiant illis et una caucio pro altera validetur. Premissa igitur omnia et singula, ego dictus Iacobus Boschani, facio, paciscor et promito, per me et omnes heredes et succesores meos quoscumque, vobis dicte domine abbatisse et notario et cetera. Et etiam sponte, iuro in animam meam, pro dominum Deum et cetera, /<sup>18r</sup> attendere et complere, tenere et observare, et in aliquo non contrafacere vel venire, iure aliquo, causa vel racione. Intelligatur tamen cum sit fuerit comprehensum inter vos et me quod incontinenti cum ego emero violarium centum solidorum vobis pro necessariis dicte Catharine in loco bene tuto ad noticiam vestram et notarii subscripti quod presens instrumentum sit cassum, peritum et inane et pro non facto penitus habeatur. Actum est hoc in dicto monasterio Sancte Marie de Petralba.

Testes predicti<sup>27</sup>.

---

<sup>25</sup> s *interlineat sobre tes cancel.lat*

<sup>26</sup> *segueix quod pre cancel.lat*

<sup>27</sup> *els testimonis anteriorment citats (fol. 17r) són: Bernardus Aprilis, Iacobus de Sala, Ffranciscus Berga, civis Barchinone, et Iacobus de Podiolo, presbiter.*

1349, juny, 15.

*Apoca per les 35 lliures de la venda del violari*

(AMP. *1er Manual de Romeu de Sarrià (1348-1357)*. fol. 18r)

Ego, Iacobus Boschani<sup>28</sup>, predictus, confiteor et recognosco vobis, dicte domine abbatisse, quod solvistis michi bene et cetera, .XXXV. libras monete Barchinone de terno, precio quarum ego vendidi vobis violarium .C. solidorum dicte [monete] sive ipsos centum solidos dandos et solvendos per me et meos vobis et succedentibus vobis in dicto monasterio ad violarium toto tempore vite naturalis Catharine, filie Iohannis Salati, quondam, notarii Barchinone, quam recipitis in sororem dicti monasterii. Prout de ipsa vendicione constat per instrumentum publicum inde factum, in posse subscripti notarii die et anno infrascriptis. Quam solucionem michi fecistis in hunc modum, scilicet quod Petrus Fferrarii, civis Maioricarum, tutor testamentarius Bernardoni, pupilli, filii et heredis Iohannis Salati, quondam, notarii Barchinone, dedit et solvit ipsas XXXV. libras de voluntate vestra in solutum illius violarii centum solidorum quod debebat et promisit vobis emere pro necessariis dicte Catharine. Unde renuncio et cetera. Ffacio vobis et succedentibus vobis in dicto monasterio de predictis XXXV. libras bonum finem, etc.

Testes predicti<sup>29</sup>

---

<sup>28</sup> *Al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*

<sup>29</sup> *els testimonis anteriorment citats (fol. 17r) són: Bernardus Aprilis, Iacobus de Sala, Ffranciscus Berga, civis Barchinone, et Iacobus de Podiolo, presbiter.*

1351, novembre, 27.

*Berenguer Ferrer, mercader de Mallorca, com a procurador de Ramon ça Fortesa, mercader, dóna al monestir de Pedralbes, per al perdó dels pecats del seu representat, una esclava grega de 38 anys, anomenada Alba per a que treballi per al dit monestir. S'estableix com a condició que l'esclava no pot ser venuda si no és a la família del seu donador.*

(AMP, Manual núm. 2 de Romeu de Sarrià (1357-1365). fols. 88v-89r)

Die sabbati, XXVII die novembris, anno a nativitate Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> LX<sup>o</sup> primo<sup>30</sup>.

Sit omnibus manifestum quod ego, Berengarius<sup>31</sup> Ferrarii, mercator, civis Maioricarum, procurator generalis venerabilis Raymundi ça Fortesa, mercatoris, civis dicte civitatis, nomine predicto, amore Domini nostri Ihesu Christi, et in remissionem peccatorum dicti Raymundi ça Fortesa, donacione pura et irrevocabili inter vivos, dono vobis, reverende domine sorori Ffrancische de Portella, abbatisse monasterii Beate Marie de Petralba, et eidem monasterio et conventui eiusdem, perpetuo, quandam sclavam dicti Raymundi ça Fortesa, todoram, nomine Albam, de genere grecorum, que est in etate XXXVIII annorum seu circa. Hanc autem donacionem facio, nomine predicto, vobis, dicte domine abbatisse et dicto monasterio et conventui eiusdem, de predicta sclava sicut melius dici, potest et intelligi, ad salvamentum et bonum intellectum dicti monasterii et conventus eiusdem. Et, nomine predicto, extraho predictam sclavam de iure, dominio et posse dicti Raymundi ça Fortesa et suorum, eademque, in ius, dominium et posse dicti monasterii et conventus eiusdem mito et transfero, nomine predicto, irrevocabiliter, per tradicionem quam vobis seu venerabili Iacobo de Podiolo<sup>32</sup>, procuratori vestro, facio de eadem. Et ex causa huius donacionis, nomine predicto,

---

<sup>30</sup> Al marge esquerra per utraque pars duos solidos.

<sup>31</sup> al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma; i iuravit per indicar el jurament.

<sup>32</sup> segueix f cancel.lat

do, dono, cedo et mando dicto monasterio et vobis eius nomine, omnia iura et omnes actiones, reales et personales, et alias quascumque que dicto Raymundo ça Fortesa competunt et debent vel possunt competere in predicta sclava, et contra quascumque personas et res ratione eiusdem. Quibus iuribus et accionibus possitis vos, nomine dicti monasterii, uti et experiri, agendo, defendendo et omnia alia faciendo, in iudicio et extra, quecumque dictus Raymundus ça Fortesa posset. Instituendo, nomine predicti, dictum monasterium et vos, eius nomine, in predicta sclava dominos et procuratores ut in rem propriam dicti monasterii. Retineo tamen et /f. 89<sup>r</sup> salvo mei, nomine predicto, quod dicta sclava, dum vivat, serviat dicto monasterio et conventui eiusdem, et quod vos, nec conventus dicti monasterii, nunquam possitis dictam sclavam dare, vendere seu alias aliquo modo alienare nisi domum dicto venerabili Raymundo ça Fortesa seu heredi aut successori suo, et quod provideatis dicte sclave in suis necessitatibus prout decet dominum providere sclavum suum. Insuper, nomine predicto, convenio et promito vobis, sub obligatione omnium bonorum dicti venerabilis Raymundi ça Fortesa, et etiam sponte, iuro, nomine predicto, in anima sua, per Dominum Deum et eius sancta quatuor Evangelia, manibus meis corporaliter tacta, quod predictam donacionem tenebit et observabit dictus Raymundus et sui perpetuo sub condicionibus supradictis et in aliquo non contraveniet iure aliquo, causa vel ratione. Insuper, ego, dictus Berengarius Ferrarii<sup>33</sup>, nomine meo proprio, convenio et promito vobis, dicte reverende domine abbatisse, quod tenebor vobis et dicto monasterio et conventui eiusdem, semper de firma et legali eviccionem dicte sclave contra omnes personas que dicto monasterio questionem aliquam facerent, proponerent vel moverent ratione dicte sclave. Et, pro predictis complendis et firmiter attendendis, tenendis et observandis, obligo vobis et dicto monasterio et conventui eiusdem, omnia bona mea, presentia et futura. Et etiam, iuro sponte per Dominum Deum et eius sancta III<sup>or</sup> Evangelia, manibus meis corporaliter tacta, predicta omnia attendere et complere, tenere et observare, perpetuo, et in

---

<sup>33</sup> ego, dictus Berengarius Ferrarii, *interlineat*

aliquo contravenire aliquo iure, causa vel racione. Et ego, Iacobus<sup>34</sup> de Podiolo, presbiter, procurator generalis dicte reverende domine abbatisse et conventus dicti monasterii, acceptans, nomine predicto, predictam donacionem, sub recentione et salvacione predictis, quibus expresse consentio convenio et promito, nomine predicto, vobis, dicto Berengario Ferrarii, predicto nomine recipienti, sub obligacione omnium bonorum dicti monasterii quod predicta per vos recenta et salvata tenebunt et observabunt domina abbatissa et conventus dicti monasterii et in aliquo non contrafacient vel venient, iure aliquo, causa vel racione. Et volumus nos, dicte partes, quod de hac nota fiat utrique parti unum publicum instrumentum. Actum est hoc Barchinone, .XXVII. die novembris<sup>35</sup>, anno a nativitate Domini .M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. LX<sup>o</sup>. primo. Sig+num Berengarii Ferrarii predicti qui, nominibus predictis, hec concedo, firmo et iuro. Sig+num Iacobi de Podiolo, predicti<sup>36</sup>, hiis consentientis. Testes huius rei sunt: Ffranciscus Bertrandi, mercator, civis Maioricarum, et Petrus de Vilardello, scriptor.

---

<sup>34</sup> *al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma*

<sup>35</sup> *novombris al ms*

<sup>36</sup> *segueix s cancel.lat*

1356, maig, 18.

*Jaume Martí, tutor de Bernardí, fill i hereu dels difunts Gilabert de Corbera i la seva muller Violant, ofereix i presenta a les germanes Saurineta i Blanqueta, filles dels dits Gilabert i Violant, per a que siguin admeses al convent de Pedralbes. En aquest acte, Jaume Martí fa donació al monestir d'una renda anual de 400 sous per sufragar les despeses de les futures monges, quantitat que pagarà dels seus pròpys béns mentre visqui alguna de les dues germanes.*

(AMP, 1er Manual de Romeu de Sarrià (1348-1357), fols. 174v-176r)

Die mercurii, XVIII die madii, anno a nativitate Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> LXVI<sup>o</sup>

In<sup>37</sup> nomine Domini amen. Noverint universi quod ego, Iacobus<sup>38</sup> Martí, civis Barchinone, tutor Bernardini, filii et heredis venerabilium Gilaberti de Corbaria et domine Violant, uxoris eius, deffunctorum, et aliorum filiorum pupillorum dictorum coniugum, gratis et ex certa sciencia ob devocionem specialem quam in dominio gero erga sacram religionem monasterii Beate Marie de Petralba, ordinis Sancte Clare, Barchinone diocesis, per sanctam morum observanciam in que in humilitatis spiritu sorores dicti monasterii preceteris statibus dominarum religiosarum ipse fulgere dinoscitur ordo cum non Marte sed<sup>39</sup> Magdelene vitam elagerint ipse sororis illius gloriosimi et beatissimi Ffrancisci, martiris inspirete. Ideo, ad eius ordinis devocionem specialem<sup>40</sup> ad bonum animarum Saurinete et Blanchine<sup>41</sup>, filiarum dictorum venerabilium coniugum et ut possint consequi aureolam virginalem, nomine predicto, offero et presento Domino Deo et

---

<sup>37</sup> *al marge esquerre clausum traditum*

<sup>38</sup> *Al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma i iuravit per indicar el jurament.*

<sup>39</sup> *segueix non cancel.lat*

<sup>40</sup> *segueix una paraula il.legible cancel.lada*

<sup>41</sup> *Blanchine, i escrita sobre una o*



dicto ordini, et vobis, honorabili et religiose domine sorori Ffrancisce de Portella, Dei gracia abbatisse dicti monasterii, dictas Saurinetam et Blanchinam ut Domino Deo in dicto monasterio sub habito sororum dicti monasterii famulentur. Verum quia dictum monasterium tenues<sup>42</sup> habet redditus iuxta numerum sororum iam in eodem receptarum, ideo, intuitu pietatis, pro vita seu in auxilium sustentacionis vite dictarum Saurinete et Blanchine<sup>43</sup>, nomine proprio, dono et concedo dicto monasterio et vobis dicte honorabili domine abbatisse, nomine earundem recipienti, quadringentos solidos, monete Barchinone de terno, annuales et rendales, habendos et recipiendos per vos et succedentes vobis in dicto /<sup>175r</sup> monasterio toto tempore vite naturalis dictarum Saurinete et Blanchine et alterius earum superviventis, in et super omnibus bonis meis, quolibet anno a presenti die ad unum annum primo venturum, et deinde quolibet anno in dicto termino dum dicte Saurineta et Blancheta<sup>44</sup>, et altera earum naturaliter in carne<sup>45</sup> vivat. Et convenio et promitto vobis, dicte domine abbatisse et conventui dicti monasterii, quod predictos quadringentos solidos solvam vobis, vel quibus volueritis, quolibet anno in dicto termino, toto tempore vite naturalis dictarum Saurinete et Blanchine<sup>46</sup>, et alterius earum superviventis sine dampno aliquo, missione, diffugio et malicia, intus dictum<sup>47</sup> monasterium, salve, quitie et secure et ad redegum meum. Convenio eciam et promitto vobis quod, si forsam predictos quadringentos solidos non solverem vobis quolibet anno<sup>48</sup> in dicto termino, ego dabo et solvam vobis et succedentibus vobis in dicto monasterio, pro pena et nomine pene

---

<sup>42</sup> tenues *interlineat sobre comunes cancel.lat*

<sup>43</sup> *segueix et monasterii cancel.lat*

<sup>44</sup> Blancheta e *escrit sobre e*

<sup>45</sup> in carne *interlineat*

<sup>46</sup> Blanchine, in *escrit sobre et*

<sup>47</sup> dictum, *interlineat sobre dictus cancel.lat.*

<sup>48</sup> quolibet anno *interlineat*

ac pro interesse vobis debito propter solucionis<sup>49</sup> moram, pro qualibet scilicet die qua fitero in mora alicuius seu aliquarum solutionum ultra suum vel suos terminos, viginti solidos dicte monete. Et nichilominus, ultra dictos viginti solidos, solutos vel non solutos<sup>50</sup>, cuiuslibet diey cessate solutionis, solutis vel non solutis, convenio et promitto vobis restituere et solvere vobis et conventui dicti monasterii siquis alias missiones, dampna et interesse oportuerit vos vel succedentes vobis in dicto monasterio facere aut modo aliquo sustinere pro predictis quadringentis solidis petendis, exhigendis et habendis a me vel meis quolibet anno ultra suum terminum predictum. Super quibus missionibus, dampnis et interesse ad probacionis onus vitandum credatur vobis, et succedentibus vobis in dicto monasterio, plano et simplici verbo nullo alio probacionum genere requisito. Et pro predictis omnibus et singulis complendis et firmiter attendendis, tenendis et observandis, obligo vobis et dicto monasterio et conventui eiusdem, omnia bona mea, mobilia et immo- /<sup>175v</sup> bilia, habita et habenda, privilegiata et non privilegiata, de iure comuni, cannonum vel municipali, usu, usatico vel consuetudine aut alias. Preterea ut de predictis omnibus et singulis vobis et dicto monasterio et conventui eiusdem firmiter cautum sit, dono vobis fideiussores venerabiles Iacobum de Podio et Iohannem de Vallo, de domo domini regis, cives Barchinone, et utrumque eorum in solidum. Qui mecum et sine me de predictis vobis et dicto monasterio et conventui eiusdem et succedentibus vobis in eodem, firmiter teneantur. Ad hec nos, Iacobus<sup>51</sup> de Podio et Iohannes de Vallo<sup>52</sup>, fideiussores predicti, precibus et amore dicti venerabilis Iacobi Martí, suscipientes in nos sponte hanc fideiussionem, convenimus et promittimus<sup>53</sup>, uterque nostrum in

---

<sup>49</sup> *solucionis i escrit sobre e*

<sup>50</sup> *solutos vel non solutos interlineat*

<sup>51</sup> *Al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma i iuravit per indicar el jurament.*

<sup>52</sup> *Al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma i iuravit per indicar el jurament.*

<sup>53</sup> *segueix vobis cancel.lat*

solidum, vobis, dicte honorabili domine abatisse, nomine dicti monasterii et conventus eiusdem, quod tenebimur vobis et dicto monasterio et conventui eiusdem de predictis omnibus et singulis per dictum venerabilem Iacobum Martí vobis super premissis cum ipso et sine ipso ut superius continetur. Et pro predictis omnibus et singulis complendis et firmiter attendendis<sup>54</sup>, obligamus vobis et dicto monasterio et conventui eiusdem<sup>55</sup>, uterque nostrum in solidum omnia bona nostra, mobilia et immobilia, habita et habenda, privilegiata et non privilegiata, de iure comunni, canonum vel municipali, usu, usatico vel consuetudine aut alias. Renunciantes quantum ad hec beneficio novarum constitutionum et dividendarum accionum, et epistole divi Adriani, et legi sive iuri dicenti quod prius conveniatur principalis quam fideiussor, et consuetudini Barchinone loquenti de pluribus fideiussoribus in solidum se obligantibus, et alteri consuetudini Barchinone qua excusantur fideiussores tenendo curiam per unum annum. Renunciamus etiam quantum<sup>56</sup> ad hec nos, dicti principalis<sup>57</sup> et fide- /176r iussores omni privilegio elongacionis, provisionis, supersessionis et genere obtento et obtinendo tam a domino rege quam a domina regina eorumque liberis et procuratoribus et a quacumque alia persona que de hiis potestatem habeat vel habebit et ubi ipsum privilegium nobis vel unicuique nostrum concederetur, tam ad nostri vel alicuius nostram postulacionem quam ex provisione aliquo generali vel speciali aut alias, promittimus ipso privilegio non uti contra vos vel dictum monasterium et conventum eiusdem in aliquo in predictis. Et est sciendum quod predictos quadringentos solidos solvendo vobis per terminos supradictos, scribimus vobis sub pena tercii in libro curie baiuli Barchinone cum submissione fori nostri. Et ideo volumus quod per hoc instrumentum vel aliqua de contentis in eodem dicte scripture tercii nec econverso minime

---

<sup>54</sup> attendendis i *escrit sobre e*

<sup>55</sup> dicto monasterio et conventui eiusdem *interlineat sobre vestris cancel.lat*

<sup>56</sup> quantum, *escrit sobre quantus cancel.lat*

<sup>57</sup> *al damunt de la paraula, linia horitzontal d'abreviatura cancel.lada.*

derogetur<sup>58</sup>. Premissa igitur omnia et singula facimus, promittimus et paciscimur nos, dicti principalis et fideiussores, quilibet nostrum in solidum, per nos et omnes heredes et successores nostros quoscumque, vobis, dicte honorabili domine abbatisse, nomine dicti monasterii et conventus eiusdem et notario infrascripto, tanquam publice persone, hec a nobis nomine vestro et dicti monasterii et conventus eiusdem et omnium aliorum quorum interest et intererit, recipienti et paciscenti ac etiam legittime stipulanti. Et etiam, sponte iuramus per Dominum Deum et eius sancta quatuor Evangelia, manibus nostris corporaliter tacta, attendere et complere, tenere et observare et in aliquo non contrafacere vel venire, iure aliquo, causa vel etiam ratione<sup>59</sup>. Renunciens quantum ad hec ego dictus Iacobus Martí, scilicet legi sive iuri dicenti quod propter ingratitudinem possit donatio revocari et omni alii iuri, rationi et consuetudini contra hec repugnantibus. Actum est hoc<sup>60</sup> in dicto monasterio<sup>61</sup>.

Testes huiusrei sunt: discretus Iacobus de Podiolo, Petrus Molarii, Iacobus de Pratis, presbiteri; et Iohannes de Burgos, scutiffer<sup>62</sup> dicti venerabilis Iacobi Martí, Berengarius Balit comorans cum dicto Iohanne de Vallo et Berengarius de Terri, ac Francisco de Cambrils<sup>63</sup>.

---

<sup>58</sup> *segueix et robaretur cancel.lat*

<sup>59</sup> *segueix Actum est hoc in predicto monasterio de Petralta cancel.lat*

<sup>60</sup> *segueix Barchinone cancel.lat*

<sup>61</sup> Renunciens quantum ad hec... in dicto monasterio *interlineat*.

<sup>62</sup> *scutifferi amb la i cancel.lada al ms.*

<sup>63</sup> *Tot l'instrument ratllat amb tres ratlles verticals*

1356, maig, 18.

*Francesca ça Portella, abadessa de Pedralbes, reconeix haver rebut de Jaume Martí, ciutadà de Barcelona, 140 lliures en concepte del deute contret per aquest amb el monestir a causa d'una renda de 400 sous anuals promesa a fi de garantir el manteniment de les germanes Saurineta i Blanqueta, filles de Gilabert de Corbera, que havien d'ingressar en el monestir de Pedralbes. En el mateix acte s'especifica que si en el futur es continua rebent la pensió, aquesta s'assignarà a la finalitat per a la qual va ser concebuda.*

(AMP, 1er Manual de Romeu de Sarrià (1348-1357), fols. 176v-177v)

Noverint universi quod nos, soror Ffrancisca<sup>64</sup> de Portella, Dei gracia abbatissa monasterii Beate Marie de Petralba, ordinis Sancte Clare, territorii Barchinone, et conventus dicti monasterii, gratis et ex certa sciencia, et ex pacto inito inter nos, dictam abbatissam et conventum ex una parte, et vos, venerabilem Iacobum Martí, civem Barchinone, ex altera, super infrascriptis, convenimus et promittimus vobis, dicto venerabili Iacobo Martí, per firmam et sollemnem stipulacionem, quod quandocumque vos vel vestri, seu aliqua alia persona nomine et pro parte vestra, dederitis et solveritis nobis, dictis abbatisse et conventui dicti monasterii, intus scilicet dictum monasterium, centum quadraginta libras, monete Barchinone de terno, et totum id quod nobis, dictis abbatisse et conventui eiusdem, tunc debetur de tempore preterito de pensione seu pensionibus illorum quadrigentorum solidorum dicte monete quos dicto monasterio et conventui eiusdem dedistis et concessistis pro vita seu in auxilium sustentacionis vite Saurinete et Blanchine, filiarum venerabilis Gilaberti de Corbaria et domine Violant, uxoris eius, quondam, que recipi debent in sorores dicti monasterii, habendos et recipiendos quolibet anno a vobis et de bonis vestris, toto tempore vite naturalis dictarum Saurinete et Blanchine et alterius earum superviventis. Dederitis eciam et solveritis dictis domine abbatisse et conventui eiusdem, totum

---

<sup>64</sup> al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma

id quod tunc debebitur<sup>65</sup> de penis, missionibus, dampnis et interesse dictorum quadringentorum solidorum annualium. Incontinenti, tunc<sup>66</sup> nos, dicti<sup>67</sup> abbatissa et conventus dicti monasterii, absolvemus, diffiniemus et remitemus vobis et vestris, perpetuo, dictos quadringentos solidos annuales, et totum ius dicte abbatisse et conventui acquisitum in dictis quadringentis solidis ratione donacionis et concessionis predicte. Et quod de ipsa absolucione et diffinicionem faciemus et firmabimus vobis publicum instrumentum prout /<sup>177r</sup> melius dictari poterit ad utilitatem vestram, et restituemus vobis instrumentum dicte donacionis et concessionis dictorum quadringentorum solidorum annualium. Et facient vobis cancellari ad expensas vestras scripturam tercii per vos factam de predictis quadringentis solidis annualibus in curia baiuli Barchinone. Ulterius, convenimus et promittimus vobis quod si forte vos vel vestri emeritis quadringentos solidos habendos et recipiendos per nos, dictam abbatissam et conventum dicti monasterii, ad vitam dictarum Saurinete et Blanchine, super aliqua universitate, bona et secreta ad noticiam nostri, dicte<sup>68</sup> abbatisse<sup>69</sup> et conventus<sup>70</sup> dicti monasterii, ipsosque quadringentos solidos annuales assignaveritis dicto monasterio pro vita et sustentacione dictarum Saurinete et Blanchete, incontinenti, tunc nos, dicti abbatissa et conventus dicti monasterii absolvemus, diffiniemus et remittimus vobis et vestris, perpetuo, dictos quadringentos solidos annuales et totum ius nobis, dictis abbatisse et conventui, acquisitum in dictis quadringentis solidis ratione donacionis et concessionis predicte; et quod de ipsa absolucione et diffinicionem faciemus et firmabimus vobis publicum instrumentum prout melius dictari poterit ad utilitatem vestram.

---

<sup>65</sup> dictis domine... debebitur *interlineat*

<sup>66</sup> tunc *interlineat*

<sup>67</sup> dictis *al ms*

<sup>68</sup> nostri dicte *interlineat sobre domine cancel.lat*

<sup>69</sup> *segueix* que nunc est vel pro tempore fuerit *cancel.lat*

<sup>70</sup> conventus *interlineat*

Et predicta omnia faciemus et complebimus nos, dicti abbatissa et conventus dicti monasterii, precise et expresse ut per nos vobis sunt promissa sine omni videlicet dilacione, excusacione et excepcione et absque omni dampno et missione vestri et vestrorum. Ita quod, volendo vobis et vestris prestare interesse vestro vel ipsum interesse vobis prestando, non possimus nos, dicti abbatissa et conventus, a predictis deffendi vel excusari racione alicuius legis sive iuris dicentis quod qui factum promittit dando interesse liberetur ab ipsa promissione et obligacione. Nos enim, cuilibet legi sive iuri hec dicenti et omni alii iuri, rationi<sup>71</sup> et<sup>72</sup> consuetudini contra hec repugnantibus renunciamus specialiter et expresse. Et pro predictis omnibus et singulis complendis et firmiter attendendis, obligamus vobis et vestris /<sup>177v</sup> omnia bona dicti monasterii et conventus eiusdem, mobilia et immobilia, habita et habenda. Premissa igitur omnia et singula facimus, paciscimur et promittimus nos, dicta abbatissa et conventus dicti monasterii, vobis, dicto venerabili Iacobo Martí, et vestris et notario infrascripto tamquam publice persone, hec a nobis pro vobis et pro aliis etiam personis quarum interest et intererit recipienti et paciscenti ac etiam legittime stipulanti, attendere et complere, tenere et observare et in aliquo non contrafacere vel venire iure aliquo, causa vel etiam racione. Actum est hoc in dicto monasterio de Petralba, .XVIII. die madii, anno a nativitate Domini .M. CCCO. L. sexto.

Sig+num Sororis Ffrancisce de Portella, Dei gracia abbatisse predictae. Sig+num Marie Lulla. Sig+num Beatricis de Fonolletto. Sig+num Violant de Pallars. Sig+num Alamande de Guardiola. Sig+num Sibilie de Caxans. Sig+num Romie de Sangunyoles. Sig+num Agnetis de Rovira. Sig+num Ffrancisce de Canellis. Sig+num Clare de Castelleto. Sig+num Margarite de Bonvila. Sig+num Elicssendis de Massato. Sig+num Elicssendis de Vilalba. Sig+num Clare de Modiliano. Sig+num Margarite de Mansulino. Sig+num Isabelis de Pratis. Sig+num Beatricis de Otina. Sig+num Margarite Nagera.

---

<sup>71</sup> rationi i escrit sobre e al ms

<sup>72</sup> segueix obl cancel.lat

Sig+num Sancie Nagera. Sig+num Subirane Nagera. Sig+num Margarite Olivera. Sig+num Constancie Terrena. Sig+num Margarite Matheua. Sig+num Geralda Storga. Sig+num Nicholaue Storga. Sig+num Marie Storga. Sig+num Catharine Storga. Sig+num Margarite Oriola. Sig+num Constancie de Podio. Sig+num Alvire Maellera. Sig+num Ffrancische de Sarriano. Sig+num Constancie Leoparda. Sig+num Blanche Sacosta. Sig+num Saurine de Vallesicca, sororum dicti monasterii congregatarum specialiter ex hac causa in coro dicti monasterii et conventum faciencium que hec concedimus et firmamus<sup>73</sup>.

Testes huius rei sunt: discretus Iacobus de Podiolo et Petrus Molarii, Iacobus de Pratis, presbiteri; et Iohannes de Burgos, scutiffer dicti venerabilis Iacobi Martí.

---

<sup>73</sup> de Petralba .XVIII. die ... firmamus, escrit en lletra més petita abans i després dels testimonis, que es troben en lletra de tasmany normal. Aquest fet demostra que el document va ser copiat al llibre algun temps després d'haver reservat l'espai convenient i posat l'encapçalament i els testimonis.



1356, maig, 18.

*Saurineta i Blanqueta, filles dels difunts Gilabert de Corbera i la seva muller Violant, amb l'assentiment de la comunitat del monestir de Pedralbes, reconeixen haver rebut de Jaume Martí, tutor del seu germà, la quantitat de 300 lliures barceloneses que han de servir per comprar rendes que garanteixin el manteniment de les dues germanes un cop ingressin al monestir. S'indica que amb aquests diners es consideren saldats tots els drets successòris sobre l'herència dels seus pares, als quals les germanes renunciaven expressament en favor del seu germà o dels descendents de Jaume Martí. D'altra banda també reconeixen que Jaume Martí pagarà al monestir una renda anual de 400 sous i que ha donat a les dues germanes l'aixovar i béns mobles necessaris per al seu futur ingrés al convent. Per la seva banda, la comunitat es compromet a que quan Blanqueta compleixi ens dotze anys (en aquell moment en té onze) hom li farà signar un reconeixement del present contracte i que si no el vol fer, no serà admesa en la comunitat i seran retornades a Jaume Martí les 150 lliures i l'aixovar que li corresponen en les rendes assignades.*

(AMP, 1er Manual de Romeu de Sarrià (1348-1357), fols. 177v-180r)

In<sup>74</sup> nomine Domini. Noverint universi quod nos, Saurineta<sup>75</sup> et Blanchina<sup>76</sup>, filie venerabilium Gilaberti de Corbaria et domine Violant, uxoris eius, defunctorum, de assensu et voluntate honorabilis et religiose domine sororis Ffrancisce de Portella, Dei gracia abbatisse monasterii Sancte Marie de Petralba, ordinis Sancte Clare, Barchinone diocesis, et conventus dicti monasterii, in quo monasterio de novo recipi debemus in sorores, et nos dicta abbatissa<sup>77</sup> et conventus dicti monasterii, cuius nomina inferius in firmamentis sunt scripta, conficemur et recognoscimus vobis, venerabili Iacobo Martí, civi Barchinone, tutori Bernardini de

---

<sup>74</sup> al marge esquerra clausum traditum unum dicto Iacobo Martí

<sup>75</sup> Al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma i iuravit per indicar el jurament.

<sup>76</sup> Al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma i iuravit per indicar el jurament.

<sup>77</sup> Al damunt del nom, dues ratlletes obliqües per indicar la ferma.

Corbaria, pupilli, filii et heredis universalis dictorum venerabilium Gilaberti de Corbaria et Violant, uxoris eius, quod satisfacistis nobis bene et plenarie ad nostram voluntatem super omnibus iuribus nobis, /<sup>178r</sup> dictis Saurinete et Blanchine et utrique nostrum, debitis et competentibus et competere debentibus, in bonis et super bonis et iuribus que fuerunt dictorum venerabilium Gilaberti de Corbaria et Violant, uxoris eius, ratione hereditatis et legitime nostri, dictarum Saurinete et Blanchine, et ratione legati vel legatorum per dictos venerabiles coniuges, vel alterum eorum, nobis, dictis Saurinete et Blanchine, facti seu factorum in eorum ultimis testamentis, quam satisfacionem nobis fecistis in hunc modum: videlicet, quod pro predictis certificate de legatis fideicommissis singularibus universalibus factis nobis in testamentis ipsorum parentum nostrorum Saurinete et Blanquine, et de verbis testamentorum et de aliis iuribus nobis occasione filiacionis et alias pertinentibus, contra dictum Bernardinum, fratrem nostrum, ut heredem parentum nostrorum Saurinete et Blanquine, dedistis et solvistis nobis, dictis abbatisse et conventui, de assensu et voluntate nostri dictarum Saurinete et Blanchine, trecentas libras Barchinone de terno. Et ultra ipsas trecentas libras vos, dictus venerabilis Iacobus Martí, nomine vestro proprio, dedistis nobis, dictis abbatisse et conventui, quadringentos solidos dicte monete, habendos et recipiendos per nos et dictum monasterium a vobis et de bonis vestris quolibet anno toto tempore vite naturalis nostri dictarum Saurinete et Blanchine, et alterius nostri superviventis, cum instrumento recepto in posse subscripti notarii. Et ultra predicta datis nobis dictis Saurinete et Blanchine vestes nobis necessarias in ingressu dicti ordinis et multa alia ornamenta ad opus nostri. Qua propter, renunciando excepcioni non numerate peccunie et non habite et non recepte, et satisfacionis predicte per modum predictum nobis non facte, et accioni in factum, et doli, et legi qua agitur ad supplementum legitime, et omni alii iuri, rationi et consuetudini, etiam si hic specialem oporteret facere mencionem, contra hec repugnantibus. Et facimus dicto Bernardino de Corbaria, et vobis ut tutori eiusdem, nedum, de predictis omnibus et singulis in quibus nobis

per modum predictum satisfactum est ut est dictum. Immo etiam de omnibus accionibus, questionibus, petitionibus et demandis /<sup>178v</sup> et de omnibus aliis iuribus quocumque nomine censeantur quod et quas nos, dicte Saurineta et Blanchina, et nos, dicti abbatissa et conventus nomine dicti monasterii, possemus nunc autem huiusmodi diffinicionem vel in futurum contra dictum Bernardinum de Corbaria vel suos facere, proponere vel movere in iudicio ecclesiastico vel seculari aut alias, ex causis predictis, bonum et perpetuum finem et pactum ulterius de non petendo et de non agendo, in posse videlicet notarii infrascripti tanquam publice persone solemni stipulacioni vallatum. Et nichilominus, gratis et ex certa sciencia et ex pacto donacione pura, perfecta et irrevocabili inter vivos cum ita actum fuerit inter nos et vos damus, absolvimus, diffinimus et remittimus dicto Bernardino de Corbaria et vobis, dicto venerabili Iacobo Martí ut tutori eiusdem et suis, perpetuo, quicquid plus iuris, accionis et obligacionis nobis dictis Saurineta et Blanchine et alteri nostri, et nobis, dictis abbatisse et conventui nomine et pro parte dictarum Saurineta et Blanchine que recipi debent in sororis dicti monasterii, competit aut de cetero competet in bonis et iuribus que fuerunt dictorum venerabilium Gilaberti de Corbaria et Violant, uxoris eius, ex causis superius expressatis. Hanc autem donacionem, absolucionem, diffinicionem et remissionem facimus dicto pupillo et vobis, dicto venerabili eius tutori, nomine eiusdem recipienti, et suis perpetuo de premissis omnibus et singulis pure, libere et absolute et sine omni condicione et retencione et sicut melius dici, potest et intelligi ad salvamentum et bonum intellectum dicti pupilli et suorum, et<sup>78</sup> extrahimus premissa omnia et singula que dicto pupillo et vobis eius nomine damus de iure, dominio et posse nostri et dicti monasterii et suorum, eademque omnia et singula in ius, dominium et posse dicti pupilli et vestri, nomine eiusdem, mitimus et trasferimus irrevocabiliter. Preterea, ex causa huius donacionis, damus, cedimus et mandamus dicto pupillo et vobis, eius nomine, omnia iura et omnes acciones reales et personales, utiles et

---

<sup>78</sup> et *interlineat*

directas, et alias quascumque que nobis competunt et debent vel possunt competere, nunc vel in futurum, ex causis predictis vel aliis quocumque nomine censeantur in predictis que dicto pupillo et vobis eius nomine damus, et contra quascumque personas et res ratione eorum. Quibus iuribus et accionibus possint dictus pupillus et /<sup>179r</sup> sui et vos, eius nomine, uti et experiri, agendo, respondendo, deffendendo, excipiendo et replicando et omnia alia faciendo in iudicio et extra quecumque nos facere possemus, instituentes dictum pupillum et suos et vos eius nomine in predictis dominos et procuratores ut in rem propriam dicti pupilli. Retinemus tum nobis in dicta donacione quod si dictus Bernardinus decesserit quandocumque sine liberis legitimi coniugi, predicta que damus dicto Bernardino revertantur Iacobo et Pericono Martí, filiis vestri dicti venerabilis Iacobi Martí, si viverent, et si non viverent superviventi eorundem, et si neuter ipsorum tunc<sup>79</sup> viveret, filiis ipsorum legitimi coniugii si extarent, et si non extarent nobis dictis Saurinete et Blanchine, si viveremus naturaliter sin autem dicto monasterio. Et nichilominus nos, dicti abbatissa et conventus, bona fide, convenimus et promittimus vobis, dicto venerabili tutori quod incontinenti cum dicta Blanchina, que nunc ut asseritis est in etate undecim annorum et plus minor vero duodecim annis, pervenerit ad etatem duodecim annorum, ante scilicet quam recipiatur in sororem dicti monasterii, de assensu et voluntate nostra laudabit, approbabit et confirmabit dicto pupillo et suis perpetuo donacionem, absolucionem, diffinicionem et remissionem predictam, prout melius fieri et dictari poterit ad utilitatem dicti pupilli, ad noticiam alicuius iurisperiti Barchinone quem vos vel dictus pupillus elegeritis et nominabitis non mutata substancia. Et si forsan, predicta Blanchina predictam laudacionem, approbacionem et confirmacionem facere nollet, convenimus et promittimus vobis, nomine predicto, que nos tunc incontinenti reddemus et trademus vobis centum quinquaginta libras, quas nobis tradidistis pro emendis redditibus ad opus dicti monasterii pro sustentacione vite dicte Blanchine, et omnes

---

<sup>79</sup> tunc *interlineat*

apparatus quos dedistis dicte Blanchine ad usus et servitium dicte Blanchine; et quod expellemus dictam Blanchinam a dicto monasterio, eamque non recipiemus in sororem dicti monasterii quia ita fuit conventum inter nos et vos. Et faciemus hec sine omni dilatione, excusatione et exceptione et absque omni dampno et missione dicti pupilli et suorum, et vestri, nomine eiusdem. /<sup>179v</sup> Et pro restituendis et tradendis vobis, nomine predicto, predictis centum quinquaginta libris et aliis apparatus quos dedistis dicte Blanchine, in casu scilicet quo ipsa Blanchina predicta laudare, approbare et confirmare nollet, obligamus dicto pupillo et vobis nomine eiusdem, omnia bona dicti monasterii et conventus eiusdem, mobilia et immobilia, habita et habenda. In super nos, abbatissa et conventus dicti monasterii et nos, dicte Saurineta et Blanchina, convenimus et promittimus vobis, dicto tutori, quod predictam donacionem et alia omnia et singula supradicta rata, grata et firma habebimus, tenebimus et observabimus dicto pupillo et suis perpetuo, et ea non revocabimus racione ingratitude nec racione iuris alterius cuiuscumque. Immo, renunciamus quantum ad hec gratis et ex certa sciencia legi sive iuri dicenti quod propter ingratitude possit donacio revocari, et omni alii iuri, racioni et consuetudini contra hec repugnantibus. Premissa omnia et singula facimus, promittimus et paciscimur dicto pupillo et suis, et vobis dicto venerabili Iacobo Marti ut tutori eiusdem, et notario infrascripto tanquam publice persone hec a nobis nomine dicti pupilli et suorum et omnium aliorum quorum interest et intererit, recipienti et paciscenti ac etiam legitime stipulanti. Et etiam, sponte, iuramus nos dicte Saurineta et Blanchina, per Dominum Deum et eius sancta quatuor Evangelia manibus nostris corporaliter tacta, predicta omnia et singula tenere et observare et complere perpetuo, et in aliquo non contrafacere vel venire racione minoris etatis nec racione iuris alterius cuiuscumque. Immo renunciamus quantum ad hec gratis et ex certa sciencia nos, dicte Saurineta et Blanchina, beneficio minoris etatis et restitutionis in integrum, et omni alii iuri, racioni et consuetudini contra hec repugnantibus. Sub virtute cuius iuramenti, ego, dicta Saurineta, etatem decem et octo annorum,

et ego , dicta Blanchina, etatem undecim annorum, et ultra concedimus excessisse. Et volumus quod de hac nota fiant vobis et nobis tot quot voluerimus publica instrumenta.

Actum est hoc in dicto monasterio de Petralba, .XVIII. die madii, anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto.

